TITVLORVM OPERIS ENVMERATIO.

¶ Quid ſit Poetica & quæ eius præſtantia. TIT. I.
¶ De origine poetices. TIT. II.
¶ De excellétia nũeri & cauſa nois metri & carminis. TIT. III.
¶ Qui uetuſtiſsimi apud Græcos Poetæ, & inibi de Homero. TIT. IIII.
¶ Qui uetuſtiſsimi apud Latinos Poetæ, & inibi de Ennii & Maronis laudibus. TIT. V.
¶ De Poetarũ Latinoꝝ ſucceſsione in uniuerſum, & tempoꝝ uarietate & iactura. TIT. VI.
¶ Quantum honoris Græcis & Latinis Poetis impenſum fuerit. TIT. VII.
¶ De multiplici genere Poetarum, & uariis poematũ ſpeciebus. TIT. VIII.
¶ Natura ne an ars Poetam faciat? TIT. IX.
¶ Quãta nature in omniũ artium conſumatione maieſtas ſit & potentia. TIT. X.
¶ Quanta ſit artis præſtãtia & firmitas, quãq; facile ſit labi naturæ cõfidentibus arte neglecta. TIT. XI.
¶ Quanta ſit exercitii uis in omni re. TIT. XII.
¶ De extemporalitate quam parit uſus. TIT. XIII.
¶ De furore Poetico & quid per eũ intelligendũ. TIT. XIIII.
¶ Qđ ſolitudo Poetaꝝ ſtudiis maxime oportuna ſit. Ti. XV.
¶ De generibus fabularũ & origine, atq; inibi quantũ fabulæ proſint. TIT. XVI.
¶ Primos Poetas theologos fuiſſe rerũq; ad naturã pertinentium ſtudioſos. TIT. XVII.
¶ Poeticã ſacraꝝ literaꝝ ſeueritati nõ obeſſe, & inibi q̃ temere iſti agere uideant, qui eam ut caſſam & religiõi diſſonã contemnunt. TIT. XVIII.
¶ De diis gentiliũ non nihil, & inibi quid de diis Poetæ uetuſti iudicaſſe uideantur. TIT. XIX.
¶ An ideo Hieronymus ab angelo percuſſus ſit, quod Ciceronem legit. TIT. XX.
¶ Illuſtriũ rerum ſcriptores teſtimoniis ſententiiſq; Poetarũ frequenter uſos eſſe. TIT. XXI.
¶ De muſis & earum nominibus quid intellectũ TIT. XXII.
¶ De Apolline & Baccho, atq; inibi cur in eorũ tutela Poetæ eſſe credantur. TIT. XXIII.

ℭ De grámaticæ præſtãtia & eius diſcédæ ratiõe. TIT. XXIIII.
ℭ Rhetoricá prope magis Poetæ q̃ Oratori neceſſariá eſſe,& inibi de eiuſdé cum Dialectica cõmertio. TIT. XXV.
ℭ Quid inter Oratorem & Poetá interſit, & inibi de oratiõis pedeſtris & carminis diſcrimine. TIT. XXVI.
ℭ De iudicio. TIT. XXVII.
ℭ De imitatiõe quantũ ꝓſit & q̃tenus ea utendũ. Ti. XXVIII
ℭ Iudiciũ in latinis Poetis & qui primũ legẽdi. TIT. XXIX.
ℭ Quam ampla ſit poetices ꝓfeſsio,& inibi in detractores nõ nulla. TIT. XXX.
ℭ Artium orbem quã εγκυκλοπαιδιαν Græci nominãt Poetis apprime neceſſarium eſſe. TIT. XXXI.
ℭ De Carminis ratione. TIT. XXXII.

PHILIPPi Gundelii Endecaſyllabon.

Deli/Pierides/Liæe/Pallas
Et quicquid ſuperum Poeticorum eſt
Quos primate frequens dicauit albo
Vatum Curia perſpicatiorum
Et ſuffragia plebis eruditæ.
Si uobis ueteris fauilla curæ
In caſtos ſupereſt adhuc Poetas/
Certatim Vadianum amate ueſtrum
Apollo medicum/Camena uatem
Dignum Bacche hedera/ ſophum Minerua,
Qui uos fœdere perpeti ligatos
Doctrinæ ſociat recens per orbem/
Et Vates bonus ipſe & eruditus
Vates non ſinit eſſe non peritos
Sed ſannæ populi eximit procacis
Nomen perpetui ſacrum Poetæ/
Dum quæ munia dignitaſq; tanti/
Quæ ſit gloria muneris recenſet,
Hoc ueſtris Duce priſtinuſq; ſplendor
Maieſtaſq; redit uetuſta donis/
Siqua ergo ueteris fauilla curæ
In caſtos ſupereſt adhuc Poetas/
Hoc ſaltem merito, fauore longo
Certatim Vadianum amate ueſtrum
Deli/Pierides/Liæe/Pallas.

VOLFGANGVS Halimarius Morauus Lectoribus.

Quos iuuat Aonidum ſacro de fonte lauari
Et uiridi ornatas fronde tenere comas.
Huc properent, hic eſt ſacris fons maximus undis,
Phœbeaq; uiret Daphnide cultus ager.
Munera doctorum licet hic cognoſcere Vatum
Et quid Apollo uelit, Theſpiadeſq; deæ.
Hoc tibi pieriæ decus immortale cohortis
Candide mi lector dat Vadianus opus.
Dat Vadianus opus nullo delebile pacto
Vatibus ingenuis dum manet almus honor.

GEORGIVS Logus Sileſius Vadiano.

Docta petit Pallas petit & Patareus Apollo
Quiq; leuis fertur nuncius eſſe deum
Caſtaq; Theſpiadum cupit ex Helicone caterua
Prodeat in lucem Muſa diſerta nouam
Næ tandem optatis ueniamq; locumq; dediſti
Exit Apollinei nobile Vatis opus.
Eia agite intonſi iuuenes & epheba iuuentus
Hoc duce Caſtalii ſumite fontis aquam
Inuigilate ſimul celſiq; cacumina Pyndi
Scandite non leuis eſt tranſiliiſſe labor
Dii ſine ſollicito ſuperi uetuere labore
Surgere Phebœæ nomina clara Lyræ
At potiora tibi dum culmina ſumma tenebis
Omnia dant Muſe q̃ labor ante fuit.
Hoc dabit hoc Phœbi nitidi Vadianus alumnus
Caſtalii columen ſpeſq; decuſq; chori.)

RVDOLPHVS Cliuanus Lucernanus.

Barbarie dudum ſpurca regnante latebat
Oblita puluerea ſacra Poeſis humo.
Triſtis inornatos Pallas diffuſa capillos
Errabat Muſis concomitata nouem.
Auſoniam luſtrans miſeræ ſi forte uirorum
Herculea quiſquam dexter adeſſet ope.

Venit ad Helueticas longis erroribus Alpes.
Et dedit hæc ſocis uerba benigna ſuis.
Me coluit iuſtis ſemperq; uirilibus armis
Hæc gens, nunc artes addidit illa bonas.
Eya, uel hic quidam noſtræ qui tanta Poeſis,
Vel nuſquam certe, damna leuabit, erit.
Certe erat Helnetiæ gratus Vadianus alumnus
Et decus Aonii, Pieriiq; chori.

GEORGIVS Binderus Tigurinus Heluetius Lectori.

Iam non nubiferi ſcandenda cacumina Pindi,
Nec quæ dura ingens auia Olympus haber,
Nec bifidi iuga Parnaſsi modo celſa requiras,
Non Heliconis erunt antra petenda tibi,
Muſarum hic ueneranda cohors, hic accipe ſacra
Pectore quæ Vati/ docta Thalia canit.
Pulchrius haud quicq̃ (uel Momo iudice) dices
Quam quod Muſa tibi nunc Vadiana dedit.

MICHAEL Alchophorus Patauienſis.

Phœbe pater Vatum, cuius Permeſsides undæ
Feſtaq; tam longum numine templa carent/
Aemathiis ruſum diſpenſans fata colonis
Parnaſſo ueterem te modo redde deum.
Et tege uirginea flauentia tempora lauro
Tandem/ ac mulcentem cuncta reſumme chelin.
Circum te placidæ celebrent tua turba Camœnæ
Ludentem læto carmina læta choro.
Nil eſt quod terram fugias, infeſtaq; diræ
Impietati hominum longius ora neges.
Deliquit ſiquid leuis ignorantia uulgi
Dum temnit Vates turba prophana tuos,
Parce precor/ mentem recipit/ magniq; Poetæ
Victa libro/ errores damnat & ipſa ſuos.
Parce precor/ cumq; ipſa leuet confeſsio culpam/
Iam uenia cœcum dilue Phœbe nefas.
Atq; redi preſenſq; tuos largire furores
Danteq; te melius Caſtalis unda riget.

Sic tibi & Aoniis redeat modo priſtina Muſis
Maieſtas/id quod nunc Vadianus agit/
Sic te uir tantus longum fœliciter euum
Inſinuet ſtudiis per meliora bonis.
Sic maior ſanctos foueat doctrina Poetas
Hoc duce/& ignaris obſtruat ora pudor.

Finis.

PROTESTATIO VADIANI

Quia Poeticæ nomē odioſum apud pleroſq; eſſe intelligo, eoſq; maxime quoꝝ minime interetat: libuit præfari ingenue, Vt ſi quod erratū in noſtro illi libello deprehēdiſse putauerint, nos moneāt, quoq; animo ſingula ſcripſerimus accipiant, ne cauſa non cognita litem faciāt, aut (quod nolim) moleſti eſſe pergant: dummodo meū ſit, errorem agnoſcere & retractare, id quod magnis uiris in magnis operibus ſemper conceſſum fuit.